

Capitulum ii. Pontificis maximi de captione urbis
Constantinopolitane tractatulus incipit.

Abumetes defuncto amurate gubernacula regni ex ro-
to adeptus: instituta maioru pro ingenio cozerit: leges
ipse suas domi forisq; tulit: erarium locupletauit: noua vecti-
galia excogitauit: copias aurit. In proceres et aulicos senire co-
tumeliariue cepit. Hic est ille Mabusmetes qui Constantino-
politans belluz intulit: de quo nunc referre que accepim? haud
alienu fuerit. Voluerat iam pridem animu Mabusmetes quona-
modo Constantinopolim sibi subigere posset. Neq; ad sua glo-
riam pertinere arbitrabat: urbem in medio turchoz sitaz esse:
que suo imperio no pareret. Tantoq; maius inde nomini suo
decus accedere: si eam urbem expugnaret: quanto progenitores
sui idem conati turpius acceptis destitissent. Cum paucis igi-
tur participato consilio: castellu iuxta litus ad ostiu Bospho-
ri paulo ab urbe remotius aliud dissimulans: incredibili cele-
ritate extruxit ac muniuit: bellum deinde urbi no modo indi-
xit: sed contra inita federa: contra iusiurandu intulit: simul et
gerere cepit. Senserant eius animu Greci: diffidentesq; suis
viribus: ad latinoz opes confugerant lachrimis ac fletib? au-
xilia expetentes. Surde pro pudor nostroz principum aures fu-
ere: ceci oculi: qui cadente Grecia ruituram xpiane religionis
reliqua partem non viderunt. Quis priuatis quemq; aut odi-
is aut comoditatibus occupatu: salutem publicam neglexisse
magis crediderim. Mabusmetes interea coactis vndiq; copijs
mirabili apparatu formidando animi impetu: terra mariq; re-
giam urbem aggressus: cuniculis ac lateribus fossis altissime
actis: agere late edito ponte qua Peram oppidu versus mare
muros alluit urbis: longitudinis ad duo milia passuu raptim
extructo turribus ligneis eo usq; erectis: ut muros quis altis-
simos excederent: machinamentoz tormento: uq; multiplici ad
bibito genere oppugnata est urbs: defensaq; summis vtrinq;

174 [Roma. Libreria Pluribus]
Bl. 174, H. 251

viribus nō paucis diebus. Ad extremū voce preconis totis ca-
 stris in clamatū est. v. kal. Maij milites omēs ieiuniū sanctifi-
 cent sequenti die in armis assint: urbem extremis viribus op-
 pugnaturi: triduo ciuitatē militū direptioni futurā cōstituta
 die ieiuniū ad noctē vsq; seruati. Et in lucētibus stellis inui-
 tationes ac cōiuiua passim habita: ut quisq; amicū propin-
 quū notumq; habuit cum eo hilaris epulatus est. Atq; vbi sa-
 tis adhibitū tanq; se deinceps nunq; visuri essent amplexati
 erosculatiq; simul vltimū vale dixerunt. In vrbe autē sacerdo-
 tes sacras ferentes imagines sequente populo urbem lustrare
 auxilium de celo petere: affligere corpora ieiunijs: atq; oratio-
 nibus vniuersē ciues intēdere. Subsecuta nocte ad sua quisq;
 loca defendenda redire. Erant muri vrbis et altitudine et cras-
 situdine toto orbe celebres: sed ob vetustatem et Grecoꝝ incu-
 riam pinnis ac propugnaculis nudi. Antemuralia vero oppor-
 tune cōmunita. In his greci salutem posuere. Armati milites
 inter muros et muralia pugnam sustinere decreuerūt. Trian-
 gularē pene vrbis formam fuisse tradunt: duas partes allu-
 it mare. Nec muri desunt ad propulsandos nauales impetus
 idonei. Quod reliquū est ad terram vergens post alta menia
 et ante muralia que annotauimus: ingēti claudit fossa. Ceptū
 est p̄lium paululū ante lucem: cum miles thurcus periculi q̄
 more patientior esset: ac vulnera et sanguinem predarū dulce
 dine pensaret: pugnatus est in tenebris maiori thurcoꝝ perni-
 cie: in quos tela superne liberabantur. At postq; illurit dato si-
 gno vndiq; non solum Constantinopolis: sed ipsa quoq; Pera-
 ne quid auxiliij Grecis prestaret: oppugnari cepta est: sua
 cuiq; legionī muroꝝ pars ac portarū attributa: ut discretus la-
 bor fortes atq; ignauos distingueret: et ipsa contentione deco-
 ris militū virtus magis ac magis accederet. pari modo et na-
 uales socij attributas partes inuadere iussi. Ad mouentur vr-
 bi lignee turre: Connectat milites dolabras: falces: scalasq;
 Et iam elatis sup̄ capita scutis densa testudine succedūt greci

farorum pondera prouoluunt. disiectam fluitantēq; testudinē
 lanceis contisq; perscrutantur: donec soluta compage scutoꝝ
 exangues lacerosq; prosternunt. fit strages: et iam thurci defi-
 cientibus animis languidius pugnant. Sed adest Mabumes-
 tes fortissimū quemq; noiatim vocitans: utq; in prelium rede-
 ant adhortatur. Nos premijs allicit: illos minis deterret. In-
 staurat̃ ex integro certamen. Thurci rursus subruere murum
 portasq; quater innixi humeris: et super iteratā testudinē scā-
 dentes prehensare hostium tela brachiaq; nitunt̃. Iteruz inte-
 gri cum saucijs semianimes cum expirantibus euoluunt̃. Cer-
 nitur varia pereuntium forma et plurima mortis imago. Jobā-
 nes Justinianus apud Genuam ligurum metropolim nobili
 loco natus: qui superioribus diebus solus vrbez defendisse vi-
 debat̃. in hoc certamine vulneratus: vbi fluitare sanguinē su-
 um animaduertit: ne ceteros deterreret medicū querēs: clam
 sese pugne subtrahit. Sed imperator ut abesse Justinianum co-
 gnouit quo ierit percunctat̃. Inuentumq; rogat ne pugnā de-
 ferat. Ille nibilo magis flexus aperiri portam iubet: qua cura-
 turus vulnus in urbem redeat. Erant enim obserate vrbis ia-
 nue: quibus ad antemuralia patebat iter: ne qua fugiendī fa-
 cultas militi esset: ac propterea fortius hosti resisteret. fit in-
 terea remissio: defensio: quod thurci aduertentes acius incū-
 bunt. Et quoniā pars muri iam tormentis eneis disiecta: fos-
 sam magna ex parte oppleuerat: per ruinas ipsas scandentes:
 antemurale conscendūt: grecoq; loco deturbāt. Porta que Jo-
 hannī patuerat oibus aperta: fugam profusiozē reddit. Tunc
 imperator non ut regem decuit pugnādo sed fugiens: in ipsi-
 porte angustijs cū cecidisset oppressus: calcatusq; obiit. In tā-
 ta multitudine pugnatorū: duo tantum reperti sunt: qui se vi-
 ros ostenderint. Alter grecus: alter dalmata Theophilus Pe-
 leologus: et Johannes sclauus: Qui fugire turpe putantes: cū
 diu Thurcorum impetum sustinuisent: multosq; obruncal-
 sent: deniq; non tam victi quam vincendo fatigati: inter cada-

nera hostium occubiere. Justinianus in peram cum diuertisset inde Ebium nauigauit. Ibiq; seu vulnere seu mesticia morbum incidens Inglorius vitam finiuit felix: si in ipsis Bizantijs animam exalasset. In ingressu porte octingenti circiter milites ex latris grecisq; periere: partim vulneribus a tergo confossi: partim concursione oppressi. Et iam hostis superiorē murum tenebat: sacraq; in ciues deuoluens: ingrediētibus suis auxilio erat. Tum subito capta vrbe cesis omnibus qui resistere ausi sunt in rapinas est itum. Erat victorū infinitus numerus in libidinem: ac seuiam corruptior: non dignitas: non etas: non serus quenq; protegebat. Stupra cedibus: cedes stupris miscebant. Senes exacta etate: feminas viles ad pcedam in ludibrium trahabant. Ubi adulta virgo: aut quis forma cōspicius incidisset in manus rapiētium diuulsus ipsos postremo direptores in mutuam perniciē agebat: dum pecuniaz uel grauia temploꝝ dona sibi quisq; externis constate diuerse lingue varij mores atq; traheret maiore alioꝝ vi truncabantur. Cūq; in exercitu marimo ac dissono ex ciuibus socijs: atq; cupidines essent: et aliud cuiq; fas nihil illicitum toto triduo in Constantinopoli fuit templū Sophie Justiniani cesaris opus toto orbe famosum: et cui comparari alterum nequeat: nudatū sacra supellectile ad omnes spurcicias patuit. Ossa martirum que fuerant illa in vrbe precioissima canibus obiecta et suis. Sanctoꝝ imagines aut luto sedate: aut ferro delete: altaria diruta. In tēplis ipsis: aut lupanaria meretricū facta: aut equoꝝ stabula. Coacti sunt serui verberib; ac tormētis dñoꝝ abdita scrutari ac defossa eruere: inuēti nō pauci thesauri: quos i ipso belli principio infelices suffoderāt ciues. Quibus si pro defensione vrbis vsi fuissent: suam fortasse vitam et patrie libertateꝝ seruassent. Sed auaro in aurum nulla potestas: captiui omēs in castra deducti: pudet dicere xpianoz dedecus: dicam tamē et posteritati tradere non verebor: quando persuasum mihi est futuros aliquādo: et fortasse anteq; moriar: qui tantam salua-

tori nostro illatam ignominiam vlciscant: simulachrum cruci-
 firi quem colimus: et verum deum esse fatemur: tubis et timpa-
 nis preeuntibus: raptum ex vrbe hostes ad tentoria deferunt:
 sputo lutoq; fedant: et ad nostre religionis irrisionem itez cru-
 ci affigunt. Exinde pileo quem sarculam vocant capiti ei? im-
 posito: corona vndiq; facta: Sic est inquit xpianorum deus
 tum lapides lutuq; iactantes: miris debonestant modis. Sed
 nihil hec obsunt deo nostro celum tenenti: nec maiestatē eius
 quoquo modo imminuere possunt: cuius ea gloria: ea sublimi-
 tas est: ea beatitudinis perfectio: ut nec laudibus humanis ex-
 tolli: nec humiliari vituperijs vllis possit. Hos ista ledūt: atq;
 confundunt: qui per ignauiam atq; desidiam duz veri dei cul-
 tum perire sinimus: et in hoc seculo bonum nomen: et in altero
 spem salutis amittimus. Post hec cōuiuatus Nabumetes cuz
 forte plus solito adhibuisset ut sanguinez mero adderet: prin-
 cipes optimatesq; ciuitatis captos: crudelis et sanguinarius
 carnifer sede misereq; iugulari iussit. kyrilucas qui apud im-
 peratorem plurimū poterat ceso ante oculos maiori filio. alte-
 ro ad illicitos vsus referuato securi percussus est. Duo alij ei?
 filij in bello ceciderant. Isidorus Cardinalis in eo tumultu ca-
 ptus: cum veste mutata non fuisset cognitus tricētis asperis
 sese redemit. Multi et Veneti et Januēses et latinoꝝ alij gladio
 cesi sunt. qui dam multi redempti auro. Insignis hic annus fu-
 it expugnatioē. Constantinopolitañ. tam xpiano populo sedus
 ac lugubris: q̄ thurcorum gēti faustus letusq;. Qui ab ortu sal-
 uatoris xpi: Secundus et quinquagesimus supra Milleimum
 Quadringentesimūq; cōcurrit.

¶ Finis.

Ino 1189

